taitum foris stans accepta cla-
ve ostium aperuisset. Cui dixit
ut se prosterneret cum beata Ely-
zabeth ad absolucionem. Precepit-
que fratri Gerardo ut bene verbe-
raret illas cum virga quadam
grossa satis et longa. Interim
ipse Cunradus psalmum mise-
rere mei deus decantabat. Et
erant eedem discipline tam gra-
ves ut post tres ebdomadas in
dorso ipsius Irmingardis sicut
recitare solebat, cicatrices verbe-
rum apparerent. Attamen eadem
teste beata Elyzabeth acrius verbe-
rata est. Audite miram tante
illius femine pacienciam. Oportet
nos inquit talia sustinere li-
benter, quia sic de nobis est sicut
de gramine quod in flumine cres-
cit. Flumine inundante et cum
impetu currente gramen inclina-
tur et deprimitur et sine lesione
ipsius aqua pertransit et labitur.
Inundacione cessante gramen eri-
gitur et in vigore suo crescit val-
de delectabiliter. Sic nos quan-
doque oportet inclinari et hu-
miliari, ut postmodum cum
augmento gracie mereamur
erigi atque consolari. Habebat au-
tem cum paciencia sapienciam
paciencie × ... ? ... non ignorans.
Haut dubium quin austeritas ejus-
dem Cunradi fuerit beate Ely-
zabeth occasio magni meriti.
Sicut superius ipsa confessa est.

psal. misere

V inundans

× firmamentum ?
ticramentum ?

firm

× Cunrade

cunrade